

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput II**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

CAPUT II.  
DE ASINO.

**T**am pulchri in Persiae regno *Afini*, ut unus triginta auti vendatur ponderibus; apud Pygmæos, nostrorum arietum æquant magnitudinem. *Pant. Venet.* In Ægypto tanta tollutiorum velocitas, ut quadraginta pasuum millia, uno sine noxa absolvant die. *Scalig. Exerc. 217. s. 1.* Parce mergit os, dum bibit. Timor in causa *Cardano*. Ingentem enim aurum dum conspicatur umbram, ne madefiant, veretur. Reperti apud Afros, qui non biberunt. Mingit, ubi minxisse alium viderit, aut super simum. Naturæ evim segnes, odoris acrimonia extimulat. *Cardan. l. 10. subtil.* Abroſa ab asino vitis palmite, feraciorem proveniſſe vindemiam, dedit observatio. Rei monumentum Nauplia spectabatur, ubi lapideus asinus grata posteritatis memoria dedicatus fuerat. Fertilem horum, in cuius medio ejus calvaria, scripsit *Vadimonius: Aldrov. l. 1. de quadr. c. 2.* Depastos cicutam somnum corrigit in Hetruria, ut non tantum stupidi, sed & mortui videantur. Fraus inde ad rusticos. Nam multo-ties semiexcoriat, cum terrore resurgunt. *Mathiol. in Diſe.* Ruunt in stabulum oves, stabulo asinorum si inclueris: percussus vero à Scorpio, si super asino rectus desideat, ad caudam, pati pro se asinum cogit. Signum; quia pedendo moritur. *Merula.* Lac illius in laude. Poppæa certe Domitii Neronis conjunx, quingentas secum per omnia trahens foetas, balnearum etiam folio, totum corpus illo lacte macerabat, extendi quoque cutim credens. *Plin. lib. 15. cap. 40.* Bathylis Cretensis, phthisi correptus, imperato asinæ carnis esu, restitutus est. Cæterum sunt in Scythia, quorum cornu Stygis continet aquam, ferrea etiam transmittentem vase. In India unicum gerunt in fronte cornu quidam. A morbo præservatur ex eo qui biberit: quin pestilentis si quid assumentum est, potu ex-

## QUADRUPEDUM. 297

tu excernitur. Robut illis tantum, ut equorum in cursu distimpant latera. Mirus & is erat, qui inter Regis assyriorum ad Ferdinandum Neapolitanum dona. Miraculoſo enim pilo, virgato corpore, diversis coloribus, & paribus lineis. *Pontan. de Magnificent.*

### C A P U T III.

#### D E A P R O & A R C H O- P I T E C O.

**I**N Creta nulli *Apri*; in quadam novi orbis parte nostris minores. Caudae illis tam breves, ut abscissas Hispani putarent, solipedes etiam anterius, posterius bisulci. In quibusdam Scandinavia locis, duodecim sunt pedum longitudine. *Regulus Salvimontis* ingentem habebat, quem cum hero & canibus, ad cornuum concentus venatum exivisse tradit *Scaliger*. *Archopitecus* animal est in America, corpore, supra modum deformi, Hauit vocant incola. Magnitudo illi *Cercopitheci*, venter ad terram demissus, caput & facies infantis, ejusdem captus imitatur suspria. Terni pedibus hærent ungues, quatuor longi digitis, magnis Cyprinotum spinis similes, his per artores repit. Cauda tres digitos longa est. Vivi hominis carnem nunquam degustasse vixum, solis foliis, quæ *Amahut* vernaculae vocant, vivere existimant. Hominem deamat mansuetus, humeros subinde ascendens Subdio retentam, nunquam madefactum relavit *Thevetus*.

### C A P U T IV.

#### D E B O V E.

**I**N extrema quadam Asiae provincia, inter extremos Indiarum montes & Cathajum, albi nigrisque nascuntur *Boves*, equina cauda, sed pilosiore & ad pedes usque protensa. Pili ejus subtilissimi plumas refertunt, &

N. 53

pol.